

M tth. X, 22. Joh. III, 16. 36. Cap. IV, 14. Cap. V, 24. Cap. VI, 35. 50. - 58. Cap. XI, 25. 26.

4. Arbores sunt nunquam exarescentes, manentes nempe in vera fide & renovatione, Ps. I, 1-3. Eph. II, 8. 9. 10.

5. CHRISTVS quidem pro ipsis orat; *Luc. XXII, 31. 32. Job. XVII, 15. 20. 21. vers. 11. 12. ibid. Rom. VIII, 34.* Petrus tamen ter abnegat, *Matth. XXVI, 75.* & peccatum in Filium hominis committit, *Cap. XII, 32.*

6. Soli electi, intuitu fidei, finalis non possunt seduci, NB. ita, ut pereant, *Matth. XXIV, 24. Ps. CXXV. 1. Job. III, 15.* nec infernus ipsis prævalere potest, *Matth. XVI, 18.*

7. Ex parte DEI pactum cum fidelibus est æternum & firmum; *Hos. II, 18. 19. Jes. LIX, 21. Jer. XXXI, 3.* Homo autem sæpius fit fœdifragus, *Ebr. VIII, 9.*

8. Equidem donorum suorum DEVM non pœnitet; Rom XI, 29. attamen idem, in interitu eorum, qui omne consilium DEI dunt irritum, & correptioni ejus non acquiescunt, ridet ac subsannat, *Prov. I, 25. 26.*

9. Quicumque decidit, & proæretice peccat, fidem fideique fructum amittit totaliter, licet non finaliter excidat gratia DEI, sed resurgat, *Ps. XXXVII, 23. 24. Matth. XXVI, 70. 75. 2. Sam. XII, 13.*

10. Immobilis est electio, intuitu fidei, puta perseverantis, in CHRISTVM, facta, 2. Tim. II, 19. Eph. I, 4.

II. Inter glorificationem ac vocationem, ex parte DEI, semper efficacem, vinculum rumpitur ab iis, qui nolunt credere misericordiæ DEI, Rom. VIII, 29. 30. coll. cum Cap. XI, 31.

Cæteroquin, cum Dn. Auctore, ex rationibus allegatis statuo firmiter, quod fideles, cum pavore & tremore operantes salutem  
 D  
 suam